c P.PAV.P.¶ Et predicta.Quomodo diuidi poſſit iuriſdictio,vide Felyn.in cap.prudentiam.de offic.de leg.
AND.BARB.¶ Not.iſtam q.no.ego conſului in cauſa illorũ de Ramponib⁹ Bald.tenet contra in dic.§.preterea.⁊ ego dixi,ꝙ illud dictum eius fuit domin.Bart.⁊ ita debet intellig illꝰ ꝗ hic Bart.dicit,videl3 qñ iuriſdictio ĩheret ꝑſone,ita dt Bar.ff.commod.l.ſi vt certo.§.ſi duobus:⁊ vide Bal.in c.j.de no.for fid.⁊ vide do.Abb.⁊ do.Ant.⁊ Joan.de Imo.in c.prudentiã.ꝺ offic.dele.vbi trãſeunt cũ iſto dicto Bart.⁊ vide Bart.ĩl.ſi vni,alias Põponi⁹.ff.ꝺ re iu.⁊ viꝺ doc.in c.ij.ꝺ arb.li.vj.vbi refert hoc dictũ Bar.⁊ viꝺ Bal.ĩ c.vno delegatorũ.ꝺ offi.deleg.⁊ viꝺ Pet.de anc.c.poſtulati.de for.compet.vbi alle.Bart.hic vtrũ collega poſſit punire collegã.⁊ vide Bar.in l.ſi quis violauarit ff.de re.diui.Et an iuriſdictio poſſit vẽdi.viꝺ Bar.cõſil.clxxxix incip.primo querit.vtrũ iuriſdi.⁊c.vbi pulchre loquit̃.Et vide Angel.in l.ij.§.ex his ff.de verborum oblgat.⁊ vide dñ.Abb.in cap.fin.de re iud Barto.ĩ l.Lucio.§.j.de aqua quo.⁊ eſti.Bart in l.arbor.§.iudex.ff.com diui.
d ALEX.¶ Diuiſa adminiſtratio.Vtrum iuriſdictio conceſſa alicui poſſit diuidi inter filios,bene facit quod not.Bartol.in l.ſi vni ex pluribus ꝺ re iudic.in verſic.quinto quero.⁊ l.Lucio.§.j.⁊ ibi Bar.de aqua quoti,⁊ eſti.⁊ p Imol.in c.prudentiã.ꝺ offi.lega.adde q̃d not.Bar.in l.fina.in fin.ĩ.de re iudic.⁊ ad no.hic p Barto.vide Bald.in d.capi.⁊ in preterea ducat⁹.de ꝓhi.f u.alic.p Fede.⁊ adde quod not.idem Bal.in authen.hoc ampli⁹.de fideicomiſ.⁊ viꝺ Angel.in l.ij.§.ex his.de verborũ obliga.vide que dixi in l.eſt receptum.de iur.omni.iud.
e POMA.¶ Item ex hoc,limita,vt per Bal.c.j.ĩ fin.qualit̃ vaſſ.iur.debe.fidelita.refert ⁊ ſequit̃ Lancel.l.j.ff.de offici.ei⁹.⁊ Iaſ.vbi ponit multa ſimilia in l.de pupillo.§.ſi quis riuos.ff.de op.nou.nun.Felyn.late in c.nihil prodeſt.de preſeri.

LEX XXXVII.

a TUtorem.ᵃSi variatur cõdititio perſone gerẽtis,vel eius,cuius negotia ex neceſſitate geruntur,obligationis conditio variat̃.hoc dicit.¶ Primo ponit vnã regulam.¶ Scdõ exemplificat illã per quatuor exempla.¶ Scda ibi,ſ3 quã.¶ Quero circa princi.de cuius tutoris perſona loquitur:Gl.dicit,de omni,ſiue ſit liber,ſiue ſeruus,ſiue paterfamilias,ſiue filius.In eo q̃d dt de ſeruo,nõ intelligas tutorem,ſed alio modo negotia gerentem,cum tutor eſſe non poſſit.l.ſi arrogati.ſupra de tutel.⁊ tex.infra probat.Oppon.quod durãte tutela nullus tutor obligatur,vt infra de tutelis,⁊ ratio.diſtrahend.l.ſi tutor.in fine.gl.ſoluit.ſed iſta opinio eſt vera q̃d durante tutela oritur obligatio ciuilis,⁊ naturalis,ſed non actio,vt in l.cõtraria ⁊ hoc innuit hic in fine.Op.ſupra de nego.geſt.l.Pomponius in negotijs.Dicit gl.Sol.vt ibi,nam variatur ibi conditio eius,cuius negotia geruntur per rationem ibi poſitam,hic conditio perſone gerentis.Sed hec ſolut.videtur contra text.iſtum in verſicul.ſic enim.quare dic q̃d in geſtione que fit ex voluntate habet locum hec diſtinctio ſ.aut variatur conditio gerẽtis,aut eis,cuius negotia geruntur per rationem ibi poſitam:ſed in eo qui gerit ex neceſſitate dicta diſtinctio non habet locum,ſed in cuiuſcunq; ꝑſona variatur conditio,variat̃ obligatio,vt hic:ceſſat enim ratio iſtius diſtinctionis.¶ Vltimo illud q̃d dicitur hic,ꝙ negotium connexum geſtum in ſeruitute,venit in actionem deſcẽdente ex de negotio geſto.in libertate,intellige ſecundum.l.eum actum.ſ.de ne.geſt.⁊ ibi not.per gl.

ADDITIO.

a ALEX.¶ Tutorem.Ad intellectum huius legis vide Bal.in l.j.C.de tranſac.

LEX XXXIX.

1 ☞ Ceſſio an fiat.⁊ pro quanta parte quando vnus ex pluribus tutoribus,fideiuſſoribus,vel correis conuenitur.

SI plures.Inter tutores cõtumaciter non gerentes habet locum beneficium diuiſionis nõ autem ceſſionis.hoc dicit.Primo loqtur de beneficio diuiſionis.Secũdo de beneficio ceſſionis Secunda ibi vnde querendum.Item in prima ponit vnũ dictũ deinde circa illud examinat vnum dubium.Secunda ibi ſi qui
a dem ¶ Oppo.no h3 beneficium diuiſionis.l.j.§.nunc tractem⁹.ĩ.de tut.⁊ ra.diſt.Sol.hui⁹ timore prin.iſtud legitur duo.mod.Primo ꝙ habeat beneficium diuiſionis.Nec ob.cõtrarium q2 ibi denegatur beneficium ceſſionis.Vnde cõcordat cũ fi.huius l.Alij vt Azo,dicunt,q̃d etiam beneficium diuiſionis denegatur his.q doloſe geſſerunt,vel ꝯtumaciter ceſſauerunt.Ad iſtũ text.reſpondet.Accur.accuſando Azo.ꝙ hic non dicit̃ ꝙ habeãt beneficium diuiſionis,ſed ꝙ pupillus non põt vnum eligere,ſed in omnes ſimul debeant conueniri.Et ſm̃ hoc eſt facienda vis i modo excipiendi.Aut enim tutor excipit petens actionem diuidi.⁊ non audietur.Aut excipit petens non ſe ſolum conueniri,ſed alios ſimul debere cũ eo conueniri,⁊ audietur.hec lec.Azo.inquãtum concludit ꝙ vnus non poſſit eligi,nõ videtur vera.Nã contra plures tutores etiã non doloſos,pupillus habet ius eligendi,vt ſ.eo.l.a tutorib⁹.§.heredibus.C.de diui.tu.l.ij.ergo multo magis contra doloſos.Item in eo ꝙ dicit̃ idem eſſe in beneficio ceſſionis,⁊ beneficio diuiſionis,non videtur verum:q2 non eſt eadem rõ in vtroq;.Nã bñficiũ diuiſionis eſt mera defenſio,beneficium ceſſionis finaliter tendit ad defenſionem,vel actionem dandã ꝯ alium:ſed fauorabiliores ſumus in defenſionibus quã in actionibus,vt in regula iuris fauorabiliores.⁊ de act.⁊ ob.l.Arrianus.⁊ ita tenent doc,in l.j.C.de tranſ.tenẽda eſt ergo prima lec.q̃d hic tutores conſequũtur hoc opponẽdo beneficium diuiſionis.In hoc tñ no.lec.Azo.q̃d opponendo beneficium diuiſionis ꝓcedit libellus,ſi omnes conuenirentur tutores ſimul,imo hoc habebat neceſſe facere,ſecundum eum.Quod intelligo verũ ſi in libello dicerẽ,Conuenio omnes in ſolidũ,ita q̃d vna ſolutio,ſufficiat ⁊ eodẽ modo fiet condemnatio:ſed in executionẽ fiet diuiſio,ſi omnes ſunt ſoluendo,alias fit executio tantũ ꝯ illos qui ſoluendo eſſent,vt hic.Facit in aut̃.de duo.reis.§.pe.Examinaui plene in l.iij.§.j.ĩ.de duo.reis.¶ Ad ſecundã partem oppo.q̃d ſit cedenda,vt ĩ.eo.l.ſi pupill⁹.de tut.⁊ ra.diſt.l j.§.nũc tractemus.Sol.ibi in plurib⁹ tutorib⁹,q cõueniuntur ex culpa hic vero cõueniuntur ex cõtumacia,⁊ ſic ex dolo ⁊ maleficio ita dicit
1 gl.⁊ bene,q̃d no.†Appellat enim cõtumaciã maleficiũ,quod an ſit verum,doc.tãgunt.C.de cri.ſtel.l.j.Ego examinaui plene in
2 l.omne delictũ.§.contumacia.ĩ.de re mili.†Quero qñ ceſſio fit,pro qua parte d3 fieri:Tex videtur hic dicere q̃d pro parte.glo.hic ſingulariter diſtinguit.Aut eſt renunciatum beneficio diuiſionis,⁊ ceſſio fit ĩ ſolidum alias pro parte.quã gl.no.alibi videtur dicere gl.q̃d ſi eſt reonnciatum indiſtincte nõ fiat ceſſio,vt l.vnꝺ querit̃ in fi.ſ.com.⁊ ibi gl.alibi.gl.dt indiſtincte ceſſionẽ fieri p parte,vt l.j.C.de duo.reis.⁊ ĩ.de ſol.l.modeſti.Dy.dt q̃d diſtinctio huius gl.non h3 locum in correis,vel cõtutorib⁹.Ratio q2 ſi vnus ſoluit totum repetet ab alio p ſua parte.l.j.C.de duo.reis.non põt ergo impetrare ceſſionez actionis in ſolidum ꝯ alium effectualiter:q2 ille ꝗ ꝯuenirit poſſet excipere ſi ſoluiiſem in totum a te repeterem in parte,ergo pro ea parte non potes agere per regulam cui damus actionem.Sed in pluribus fideiuſſoribus põt procedere hec diſtinctio,ſecundum Dy.cum ſoluens non habeat regreſſum contra alium fideiuſſorem l.vt fideiuſſor.infra de fideiuſ.⁊ C.de fideiuſ.l.cum aliter,Ego dico q̃d nec iſta diſtinctio procedit in fideiuſſoribus actiones ſuas.Si ergo cedit vni fideiuſſori,cedit illã cum ſua cauſa.Vnde ipſo agente in ſolidum ꝯ fideiuſſorem conuentus excipiet,non habes agere in ſolidum,q2 ſi in ſolidum ſoluerem tibi tu deberes mihi cedere,actionem ꝯ teipſum ſicut tenebatur creditor principalis.Et ſic patet q̃d eſt eadem ratio in tutoribus,correis,⁊ fideiuſſoribus.Pro quanta ergo parte ſit facienda ceſſio.Doc.tãgunt in l.j.C.de tranſac.Ego examinaui plene in l.modeſtinus infra de ſolu.

Vltimo

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶ Ultimo circa prin. querit gl. quid vult dicere text. ibi, q nulle partes, &c. Tene vltimam expoſitionem Azo.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Duobus modis. Uide Bartol. in l. j. C. de trāſac.

LEX XL.

a Tutores. a Ei, qui non poteſt agere, nō imputatur periculū. ſi nomina debitorū ſunt effecta deteriora. h. d. ¶ Querit gl. quid ſi iſte tutor erat coniuncta perſona. Reſpō. q tunc tenetur, vt ſupra de nego. geſt. l. ſi autē. quod not. Aperte enim dicit, qđ coniuncta pſona poteſt agere p̄ m more. quod tenet Iaco. de are. & doc. tractant. C. de procur. l. exigendi.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Tutores. Uide Bart. in l. ſi actor. C. de appel.

1 ☞ Curatoris datio in teſtamento impuberi, non tenet.

2 Tutor non legitime datus, non poteſt adminiſtrationem deſerere, niſi alium facit dari legitime.

a §. Curator. a Tutor inutiliter donat⁹ gerēs poſtq̄ alius fuerit legitime datus, nō tenetur. 1 h. d. ¶ No. qđ dicit, curator datus in teſtamēto impuberi, non valet. Nam ī contrariū facit quod debet valere, & debeat exponi curator. id eſt, tutor, vt l. pater Seuerinam conditionum. j. d. cō di. & demon. Sed ibi bene exponitur tutor, id eſt, curator, q2 cū ſit plus cū d̄tur perſone, & rebus, poteſt trahi ad id, q eſt minus, non autem exponitur curator, id eſt, tutor, cum ſit minus, vt hic vides. ¶ Op. q non teneatur inſolidū p̄ tota adminiſtratiōe, l. ſi pupilli. §. fi. ſ. de nego. geſt. Sol. intellige hūc ſinē in diſtinctione illius §. ¶ † Ultimo no. q tutor non datus legitime, non 2 pōt deſerere adminiſtrationem, niſi alium faciat legitime dari, & faciendo dari alium ipſe eſt liber ab adminiſtratione ſequētis tēporis Et ſic feci his dieb⁹ practicari in ciuitate Tuderti. Nā qdā erat datus tutor. & geſſerat plura, & q2 erat ſenex volebat nō gerere amplius, tunc ego feci oſtendi mihi tutelam, & vidi q nō erat legitime datus, & ſic feci peti q daretur ali⁹, vt redderet ratio geſtorum per iſtum, & non tenebitur amplius, vt videtis in hoc. §.

ADDITIO.

a ROMA. ¶ Curator. Uide Are. in l. a titio. i vlti. co. ſ. d̄ verbor. obliga. & conſil. lxvj. vide Iaſo. l. qui quartam de le. j.

1 ☞ Publicatis bonis per iudicem Marchie ficto ſuo, nō veniūt bona exiſtentia in ducatu, ſed ad ipſum iudicē ducatus ſpectat.

a §. Heres. a Ea que ſunt agenda cum perſona, ptinent ad tutorem eius regionis, vnde eſt perſona, & ea que ſunt agēda in rebus pertinent ad tutorem eius regiōis 1 vbi ſunt res. h. d. ¶ † No. q ſi per rectorem b Marchie publicāt b bona alicuius, ea bona que ſunt extra prouinciam, vt in ducatu d̄bēt pertinere ad theſaurariū ducatus, vt hic in fi. Gl. intrat hic quandam materiam non multum pertinentem ad tractatū noſtrū. Primo, an aliquo caſu heres heredis inſtituti poſſit cogi adire: Et reſpondet q ſic in caſu. l. non iuſtā. C. ad Trebel. Hic plenius, vt no. in l. eam quam. C. de fideicom. Querit ſecūdo, q. d. ſi deceſſit inſtitut⁹ poſt aditionē ante reſtitutionē: Dic vt in gl.

ADDITIONES.

a ROMA. ¶ Heres. Uide Alexan. conſil. maxime in j. & vlt. col. in iiij. volum.

a AND. BAR. ¶ Not. q ſi per rectorem. Uide Bartol. & Bald. ī l. cunctos populos. C. de ſum. trin. & fid. catho.

§. Aduerſus. Qui contraxit cum tutore tāquā cū priuata perſona, poteſt eū conuenire licet pecunia ad pupillū peruenerit. h. d. ¶ Oppo. ſ. eo. l. ij. Sol. hic contraxit principaliter, ibi vt tutor. ¶ Item ibi cōtraxit cū creditoribus hereditarijs, a qua hereditate pupillus abſtinuit: hic cum alijs. ¶ Quero an pupillus ipſe poſſit conueniri. Diſtingue, cuius rei contemplatione fuit contractum, vt in glo.

§. Curatores. Sublata cauſa cautiōis interponēde, tollitur effectus cautionis interpoſite. hoc dicit.

a ☞ Appellans fruſtatorie eſt in dolo, vel lata culpa. ideo debet ſuccumbens indiſtincte in expenſis condēnari, ſi ſentētia emanauit ex primis probationibus, alias ſecus.

§. Tutor. Periculum temporis currentis pendēte appellatione fruſtratorie interpoſita, ad piculū 1 tutoris ptinet. hoc dicit. ¶ † Nota qui appellat fruſtratorie, non eſt in leui culpa ſed in dolo. vel lata Et ex hoc dicunt doc. q ille, q ſuccūbit in cauſa appellationis. indiſtincte debet condēnar i a expenſis: a quia non poteſt habere iuſtā cauſā litigādi. Uidebat enim acta prime cauſe, & ſic errabat in iure. Ita not. p Ioā. And. in cap. iuris ignorantia. extra de regu. iur. lib. vj. quod intellige qñ ſententia appellationis emanauit ex primis pbationibus. Si enim ex nouis probationibus ſententiaretur in cauſa appellationis, ceſſat ratio predicta.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Condemnari in expenſis. An ſuccumbens ī cauſa appellationis ſit condemnendus in expenſis, vide Bart. in l. ppe randum. §. ante penul. qui eſt §. ſine autem. C. de iudi.

§. Rerum. Tutor vnius pūincie recte petit curatorē cōſtitui ad cām, que in alia puincia agitur.

§. Patruus. Tutor dat⁹ certe regioni adminiſtrat ea que tempore dationis adminiſtrationis erant eiuſdem regionis. hoc dicit.

§. Curatores. Protutores tenentur inſolidum, vt tutores. h. d. No. quod dixi in ſūmario. Oppo. ſ. eo. l. diui. Solu. hic loquit in eis, qui geſſerunt tanquam tutores, vel tāquā curatores, & ſic ex neceſſitate, vel neceſſitatis ſuſpicione, ibi in eis qui geſſerunt ex voluntate. Ultimo vides hic qđ tex. innuit quod datus inutiliter debet petere ſe cōfirmari. Quod intellige vt dixi ſ. de confirma. tuto. l. qui a patre & videbitis in l. proxim.

§. Tutoribus. Iſte §. legitur in gl. tribus modis, tene illam lect. q vnus heres nō tenetur ex ſua perſona ſi non exegit heredem alterius. hoc dicit.

§. In eum. Prius tenetur gerens quam nō gerens p̄ geſtis. p̄ neglectis quilibet equaliter. h. d.

§. Tutores. Quamuis finita tutela, cauſa cepta poſſet peragi per tutorem, non poteſt tamen agi iudicati per eum. hoc dicit, iſte §. quem not. bene.

a §. Ubeo. Hic caſum. † Tutores damnificauerūt pupillū in cētū, poſtea pupillus factus maior cepit agere contra eos & cum nollet litigare, dederunt ei pupillo quinquaginta & ipſe remiſit eis actionem tutele. Primo querit an teneat remiſſio. Secundo, an videatur remiſſio ex cauſa donationis vel tranſactionis, q2 aliquid eſt datum. Et reſpondetur q remiſſio tenet, q2 facta a maiore xxv. ann. & quod nō videt ex cauſe donationis, ſed trāſactionis h. d. Epp. C. de trāſac. l. pſes. ſ. de iureiur. l. tutor, Sol. Maior factus pōt liberare tutores, vel curatores ſine dubio, vt hic Exiſtens minor non poſſet liberare ex cauſa donatiōis, ſed trāſactiōis hic ſi fieret bona fide, vt ī 3rijs: alias ſecus, q2 pōt reſtitui p̄ titulū. C. ſi aduer. tranſac. hodie vero valeret iſta remiſſio cum iuramēto per auth. ſacramenta. C. ſi aduer. vend. & no. j. de contra. iudi. tu. l. iij. §. contrariū.

§. Periculo. Gloſſ. legit pluribus modis, tene quā vis. Bartol.

§. Adoleſcens. Per actionem propoſitā cōtra tutores, non tollitur actio p̄ curatores, niſi quatenus eſt exactum. hoc dicit.

§. Tutor. Tutori imputatur negligētia ſi heredem cōtutori non conuenit ſicut ſi cōtutorem ſuſpectum facere neglexit. hoc dicit.

§. Tutele. Neget ſūmario. Ratio dubitatiōis erat quia actio tutele non poteſt intentari, niſi finita tutela, hic autem licet eſſet finita ī perſona vnius. tn̄ ppter perſonam alterius in cuius perſona tutela durabat, videbat nō poſſe agi tutele, quod remouet hic §.

LEX XLI.

1 ☞ Tutori inutiliter dato in teſtamento non imputatur ſi non gerit, nec ſe confirmari petit.

2 Priuilegium debet intelligi ſine alterius iniuria.

3 Priuilegium militum non extenditur extra diſpoſitionem factam, ſuper ſuis bonis.

5 Tutela datur iure patrie poteſtatis, non militie premio.

Impuberi. Priuilegium cōceſſum militibus circa teſtamenta, intelligit conceſſum circa eorum bona nec vltra ſe extēdit. hoc dicit, notabilis caſus eſt. † Not. primo q ſi dat⁹ tutor 1 in teſtamento inutiliter, non gerit nec ſe confirmari petit, nō eſt quod ſibi imputetur: ſecus ſi ſponte gereret, vt ſ. l. proxima. §. 2 curator. † Secūdo nota, quod priuilegium debet intelligi ſine alterius iniuria. C. de eman. liber. l. nec auus. & j. ne quid in loco 3 publi. l. ij. §. merito. & §. ſi quis a principe. † Tertio nota, quod priuilegia militum non extēdūtur vltra diſpoſitionē actam ſuper 4 bonis ſuis Et ſic videtur hic caſus quod † priuilegium conceſſū hodie patribus vt poſſit. eſtari inter libros non ſeruata ſolennitate. l. hac conſultiſſima. [illegible] imperfecto. C. de teſtmēt. nō ha

§. **Tutorem.** Si tutor facit de re pupilli id ad ꝙ tenetur licet ſuo nomine ad vtilitatē tamen pupilli facere preſumitur. h. d. Et eſt caſus valde not. Nota ꝙ dixi in ſummario, declarabo j. l. proxi. §. altero.

§. **Queſitum** Finita tutela ante ſolutionem currūt vſure, que prius currebant. h. d.

1 ☞ Caſtrum qui accipit in cuſtodiam per ſex menſes, ⁊ dedit fideiuſſores, elapſis ſex mēſibus ſi caſtrum capiatur pro mala cuſtodia, non tenentur fideiuſſores.

a §. **Paulus.** a Fideiuſſor tutoris non tenetur ad ea que tutor poſt pubertatē ſpōte geſſit. h. d. Ex hoc ꝙ dicit, ſponte, ⁊ nulla neceſſitate cogente, apparet ꝙ ſi negotiū erat connexū, ita ꝙ geſſit de neceſſitate, ꝙ teneatur fideiuſ

b ſor, vt in Jac. de Are. Jſte §. facit ad queſtionem, b ꝙ † ſi aliquis

1 aſſumpſit cuſtodiam caſtri vſq; ad ſex menſes, ⁊ dedit fideiuſſores, ꝙ ſi finitis ſex menſibus remanſit in cuſtodia, ⁊ caſtrum perdatur, quod fideiuſſores non teneantur: ⁊ ita dicit Jac. de Are.

c ⁊ hanc queſtionem fuiſſe de facto Verone. Cyn. dicit idem c, qn ibi cuſtodes promiſerunt ſeruare ⁊ cuſtodire caſtrum per illud tēpus, ⁊ in hoc dederunt fideiuſſores, per hanc l. ⁊ j. de adminiſtra. rerū ad ciui. pertinen. l. ij. §. pen. ⁊ fin. ⁊ vt ie. nomi. ca. l. j. ij. bellissime. ſed ſi promiſerunt dictū caſtrum reſtituere, quia tunc non reſtituerunt adhuc fideiuſſores tenentur: ita dicit Cy. Jſta queſtio fuit de facto Florētie ⁊ in ea conſului. quod plene examinaui in l. item queritur. §. qui impleto. ſ. loca. dic vt ibi.

ADDITIONES.

a POMA. ¶ Paulus. Vide Are. conſi. xxix. ⁊ conſi. lxxiij.

b ALEX. ¶ Ad queſt. Vide hoc dictum relatum per me in l. mora. in fi. ſo. mat.

c ALEX. ¶ Cy. dt idē. Facit ꝙ dixi poſt Bar. in l. vbicunq; de fide iu. ⁊ Jo. an. in d. c. preterea requiſit. d. ap. ⁊ adde l. ſi cū Hermes ⁊ ibi Bal. C. loc. ⁊ adde ꝙ no. Cy. ⁊ Bar. in l. ſi mora. ſolu. mat. IO. FR. RV. ¶ Adde ꝙ cum Bar. tenent Can. in c. conſtitutus. d fideiuſ. ⁊ Jaſ. in l. j. co. j. C. de iudic.

1 ☞ Confeſſio tutoris non nocet pupillo.

a §. **Tutele.** Apoche tutoru debitorib9 date fidē faciūt cō pupillū, licet ipſe contra tutores habeat

1 regreſſum. h. d. ¶ No. ergo a ꝙ ſcriptura tutoris probat contra

a pupillū. ¶ Sed quero, quid cōtinebat iſta ſcriptura: Reſpōdet

b gl. b ꝙ tutor confeſſus fuit ſolutū. quod ſi verū eſſet, notabile eſſet Docto. ſi tenent quod confeſſio tutorum ſponte facta non preiu

c dicat c pupillo, vt j. de cōfeſ. l. certū. §. ſed an ipſos, ⁊ ibi plene dixi per don. C. de confeſ. l. vnica, ⁊ ibi per Cy. in ix. q. dico ergo ꝙ

d ſcriptura debet cōtinere ꝙ tutori veritate pecuniā illā accepit d ⁊ ſi ſolam confeſſionem continet, non noceret pupillo. j. ſi quid in frau. pat. l. j. §. ſi metuam. vbi eſt tex. no. Et hoc eſt ꝙ dicit hic iuriſconſultus, reſpondendo, ſi bene aduertat. dicit enim ſi debitores ſoluiſſent, ⁊c. quaſi dicat non ſufficiat confeſſio. ⁊c.

ADDITIONES.

a ANDR. BAR. ¶ No. ergo. Vide Pa. de Ca. in j. conſi. vbi reprobat Bar. hic, ⁊ vide Ang. in l. nō abſtulit. C. de noua. ⁊ vide que dixi in c. ſi cautio. de fide inſtrumen.

P. PAV. P. ¶ Cōtra Bar. hic, tenet Com. conſ. xxiiij. inci. teſtator filio iam nato. in fin. col. pen. ſed cum Bar. tranſit idē Com. conſi. clxviij. in c. venerabilis vir. col. j. vide Alex hic.

b ALEX. ¶ Reſpōdet gl. Hanc gl. ſequitur Ang. in l. a diuo. §. ſi ſuper de re. iu. ⁊ vide ibi, Jm. ⁊ etiā in l. ſi debitori. de noua. ⁊ ꝙ no Bar. in l. ex contractibus. de non nu. pe. ⁊ Bal. in auth. iſdē. d ſecun. nup. per Pau. de ca. in conſi. j. ⁊ ſequitur etiam Lud. gl. iſtam in l. predia. de acquiren. poſſeſ.

c POMA. ¶ Preiudicat. Viſte Alex. conſi. l. in v. vol. ⁊ cōtra Bar. hic tenet Pa. de Ca. conſi. vl. ⁊ cōſi. j. hic alle. per Alex. inci. ego Paulus opi. tamen Bar. dicit eſſe cōēz Are. conſi. iiij. ⁊ pro ea dicit ꝙ facit tex. in l ſi is pro quo. ff. quod quiſ. iur. Vide Alexā. conſi. xxvij.

d ALEX. ¶ Accepit. Jmo nō eſt differētia an dicta apocha ꝯtineat ꝙ tutor receperit, vel ꝙ cōfeſſus fuerit recepiſſe, vt no Bal. in l. ſi cautione. de non num pe. alle. gl. j. l. ſi non ſinguli. C. ſi cer. pe. Jta dicit Pau. conſi. j. vbi in omnibus tenuit hic contra Bar.

§. **Cum in teſtamento** Si tutor teſtamentarius, ⁊ datiu9 gerunt diuiſim: pro datiuo prius peruenitur ad magiſtratū quā a contutore, ſecus ſi omnes eſſent datiui. hoc dicit ꝙ lectu: quā teneo, ⁊ eſt ſingularis caſus. E p. ꝙ habenti tutorem tutor dari nō poteſt. C. in quib. ca. tut. habe. l. j. Sol. Specialis caſus eſt hic ¶ E p. ꝙ prius debeat cōueniri cōtutor, quā magiſtratus. l. j. §. nunc tractemus. j. de tu. ⁊ ra. diſt. Sol. gl. intellige, ꝙ hic in principio fuit diuiſa adminiſtratio per iudicem ꝙ text. nō patit. Dic

a ergo ꝙ §. nūc tractemus, loquitur a qn plures ſunt tutores eiuſdē conditionis, q2 oēs teſtamentarij, vel oēs legitimi, vel oēs datiui hic qn ſunt diuerſe cōditionis, puta vnus teſtamētari9, vel legitimus alter datiuus. Et hāc diſtinctionē expreſſe facit tex. nec

b opus eſt aliqua cauillatione. Et hoc etiā b tenet Jaco. de are. Dicit gl. primo a teſtatore diuiſa tutela imo a ſeipſis, ꝙ Jac. de are. Vide gl. ſuper verbo alias ibi, vel eſt inter ſe. Jmo non vult facere hanc diuerſitatē, ſed dicit alias, id eſt aliter obſeruabitur qn vnus eſt datus a iudice, alius a teſtatore, ⁊ diuiſa eſt adminiſtratio a ſeipſis, vt ſ. dixi. aliter qn ambo eſſent dati a iudice, ⁊c.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Loquitur. Vide Bar. in l. j. C. de tranſa.

b ¶ Hoc etiam. Vide Bar. in l. j. C. de tranſa. Ro. fin. ccxcviij.

§. **Tutoribus.** Tutor poteſt ſolutionem recipere nō donare vel pro modico ſine cauſa tranſigere, hoc dicit iſte notabilis §.

LEX XLVIII.

1 ☞ Tutor ad hoc vt teneatur requirere conſilium alterius, etiam teſtatore iubente quid requiratur.

2 Dictio, ⁊, implicat.

3 Poteſtatem habens a lege, vel homine aliquid faciendi cum alterius conſilio, quando teneatur illud ſequi.

a **Titium.** a Juſſus facere cum conſilio alterius ſi

1 quidē eſt particeps officij tenetur cum requirere, ⁊ ſequi alias ſecus. h. d. No. ꝙ ad hoc † ꝙ tutor teneat requirere conſiliū alterius, etiā teſtatore iubēte, duo requiruntur in perſonā illius, ſ. ꝙ ſit tutor, ⁊ particeps officij. Jtem ꝙ ei adminiſtratio non ſit denegata, ſed poteſt ad

2 miniſtrare. h. d. tex. ibi ſi adminiſtrationē, ⁊ nemo, ⁊c. ¶ † Nā illa dictio, ⁊. implicat etiā iſta duo, ſ. ꝙ officium, ⁊ adminiſtrationem habeat. ¶ Sed iſtud opponitur ſ. eo l. quidā decedens. §. pater tutelam. Reſpond. ſi non eſſet particeps officij de vrbanitate deret quirere cōſiliū, vt in contrario: non de neceſſitate, vt hic. Op. ſ. d exercito. l. j. §. ſi plures. ⁊ l. idē ꝙ. §. ſi quis ea. ſ. mandati, ⁊ j. d acqui. here. l. ſi quis mihi bona. §. ſi cora Titia. Reſpōdeo contra-

3 ria loquuntur in eo qui habet poteſtatē ab homine, vnde ſi ab homine adijciatur ꝙ faciat cū cōſilio alterius, valet iſta adiectio ⁊ eſt ſequēda. Hic loquit in tutorib9, qui licet ſint nominati a teſtatore officiū tamen habent a lege. l. j. in prin. ſ. de iu. Jdeo teſtator adijciendo, ꝙ faciat cū cōſilio alterius extranei, vel cōtutoris non habentis adminiſtrationem, non pōt officiū datum a lege infringere, vt hic. ⁊ d. l. cum quis. in prin. ⁊ §. j. ſ. eod. Et ita dt Oldra. in quadā ſua diſputatione. Et eadē ratiōe dico ꝙ ſi data eſſet alicui poteſtas a lege, ⁊ a lege adijciatur ꝙ faciat cū cōſilio alterius, ꝙ illud debet d neceſſitate requiri, vt l. impuberibus. d ſuſpec. tut. Et hoc examinaui plene in repetition l. j. §. ſi plures de exercit. ¶ Circa ſecundum reſponſum querit gl. an conſiliū ſeu arbitrium iſtarū mulierū ſit requirendū: Circa ꝙ diſtinguit gl. ſi quidem alimenta ſint recta ipſi pupillo, vt in caſu legis noſtre: q2 hoc ſpectat ad adminiſtrationem tutorum cum habeat plenum officium, ⁊ mulieres non poſſunt eſſe participes officij, non requireretur earū conſiliū de neceſſitate. d. l. dū quis. §. j. ſ. eo. Sed ſi legata non eſſent de adminiſtratione tutorū, tunc illorum arbitrium debet requiri, ⁊ ſi male arbitrarētur corrigerentur per arbitrium boni viri. l. j. j. de le. ij. ⁊ l. ſi cum annuū. j. de annuum. lega. Jaco. de Are, dicit, ꝙ etiam ab ipſo initio videtur relictum arbitrio boni viri, nec eſt neceſſe quod arbitretur. d. l. j. de lega. ij. ⁊ ibi plene dixi. ¶ Vltimo glo. ſignat argumentum contra. Vide glo. ibi arbitrio. Sol. illud eſt ſpeciale fauore matrimonij. vt l. turpia. §. j. de leg. j.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Titiū. A ſententia lata conſilio ſapiētis pōt appellari, l. j. §. j. de app. ⁊ ibi Bar. in fi. vbi ēt habet ꝙ conſultor nō pōt noua recipere inſtrumēta. Quid de verbo, licentia, ⁊ ſimili vide in l. ſi aūt plures. j. de aqua plu. ar. ⁊ ibi quid partes cōſenſerūt cōmitti cum conſilio ſapientis, an iudex faciat litem ſuā ſi ſecundū id iudicet vide Bar. in l. ſi conuenerit. ff. de re iudi. ⁊ Bal. i l. mācipata C. de ſer. fu. ¶ Adde an cōſiliū ſapiētis poſſit peti d iure. Et an iudex debeat dare, ⁊ an illo teneat ſequi. vide Bal. cōſ. ccclxx. j. li. ⁊ ibi quid iuris, ſtāte ſtatuto, ⁊ p Ang. cōſ. clxxviij. ⁊ quid ſi poſt terminū conſiliū iudici preſentatu ſuit, ⁊ publicatū, ⁊ cōfirmatū per iudicē, an valeat. vide Bar. cōſ. cliiij. ⁊ clvij. An aūt teneatur ſequi conſilium imperiti. vide eod. vol. conſ. cxcij. ⁊ Ang. cōſ. cclxxi. vbi dixit qd non eſt turpe imperito ſequi ꝯſiliū periti. An autem petito conſilij ſapientis ita ſuſpendat ſententiā quemadmodum appellatio: vide Roma. conſi. ccxxxv.

P. PAV. P. ¶ Vide Bar. in l. j. §. ſi plures. ff. de exercit.

1 ☞ Conueniri qualiter poſſit qui promiſit ſoluere vbicunq; fuerit petitum.

Tuto

tratur reſtitutio nō placet, qꝛ huic litere nō cōgruit. Preterea,
cū ſit tuta beneficio iuris cōmunis, vt ſtatim dicā, non habet ne
ceſſe petere reſtitutionē. Reſpōdeo ergo ſecūdo, ꝙ tam curatoꝛ
quā pupilla habet exceptionē, ne cōueniat vltra vires patrimo
nij. ¶ Sed tūc quero que eſt iſta exceptio: Reſpōdeo, † mulier
cōſtāte matrimonio non pōt cōueniri vltra quā facere pōt, ⁊ iſta
eſt exceptio, ꝙ opponit marito, ⁊ hoc innuit litera, que dt, ipſam
cogi ad cauendū, de ſupplēda dote, ſi effecta fuerit locupletioꝛ.
Apparet ergo ex pꝛedictis, ꝙ illo curatoꝛe cōuento tanquā pꝛo
pꝛio nomine pōt mulier comparere, ⁊ opponere exceptionē iſtā
⁊ cauere, ⁊ ob hoc ipſe curatoꝛ abſoluet: pōt etiā hoc facere ipſo
curatoꝛ, vt dt gl. Op. ꝙ ipſo iure ſit tutus quādo pꝛomiſit vltra
vires patrimonij. l. ſiue generalis. ſ. d iu. do. Sol. vt ibi. ¶ Op.
ꝙ nullo modo iſte curatoꝛ ſit tutus. l. ſi donaturus. §. j. ſ. d con-
dict. ob cau. Gl. dat plures ſol. iſta eſt vera, ꝙ ibi pꝛomiſit cre-
dens ſe teneri, ⁊ ſic non animo repetendi a muliere, hic vero pꝛo
miſit animo rehabendi ⁊ petendi de patrimonio mulieris.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Quidam cum eſſet. Vide Alex. conſi. c. vol. ij.
b AND. BAR. ¶ Venio ad ſecūdā. Vide Bar. in l. fi. ff. de pet. he
re. ⁊ que notaui ad Baldum in l. fi. C. de dot. pꝛomiſ.

LEX XLV.

**Qui nominibus.** Qui nomine q ſibi a pꝛioꝛe adminiſtrato
re aſſignat agnoſcit, eoꝛū periculo eſt adſtrictus. h. d.
Op. ſ. eo. l. tutoꝛ ſiue. Sol. ibi recipit aſſignationē fa-
ctā a pꝛioꝛe adminiſtratoꝛe, nō tñ illa nomina aſſignata agnouit
vt idonea. Sed tūc dubitat qualiter videtur agnoſcere. Gl. re-
ſpōdet notabiliter, agnoſcere videt ſm l. ſi filius. ſ. de tute. ſiue
verbo, ſiue aliquo actu appareat, ꝙ illa nomina dixit idonea eſſe
ſatis eſt: recipiēdo vero aſſignationē ſimplicit non videt illa no-
mina vt idonea appꝛobare, vt ſ. eo. l. tutoꝛ ſiue. ¶ Op. C. eo. l. d
bitoꝛibus. Sol. Hic tenet de periculo. ſ. de inopia ſubſiſtēte, tūc
em illa noia acceptauit vt idonea. De periculo vero inopie ſub
ſecute tenet, ſi ſibi pōt imputari culpa, alias non, vt in cōtrario.

**§. Sed ⁊ ſi pupillus.** Iſte verſiculus legit in gl. pluribꝰ modis, tene
hanc lec. ſ. quod aſſignationem reliquoꝛum acceptauit, ⁊ vſuras
recipit, per quod non videtur ſuo pꝛiuilegio renūciare. Et ſic in
ſumma dicit, quod per receptionem vſurarum pupillus nō per
dit pꝛiuilegiū. ¶ Op. j. de pꝛiui. cre. l. ſi ventri. §. in bonis. Sol.
Aliud in pꝛiuilegio ꝙ datur depoſitario, illud enim perditur
per receptionem vſurarum, egreditur enim terminos depoſiti.
Aliud in pꝛiuilegio quod datur pupillo, vt hic.

LEX. XLVI.

1 ☞ Pupillus volens conuenire alium tutoꝛem ex perſona libe
rati, non auditur.
2 Tutoꝛ vnus quando pꝛo alio teneatur.
3 Magiſtratus plures an habeantur vt duo rei.
4 Pꝛeſcriptione liberatus per omnia non eſt ſimilis ſoluenti.
5 Actiones quādo ſunt ſublate culpa vel facto eius qui cedere dꝫ.
tunc exceptio cedendarum actionum obſtat.
6 Actio ꝑpetua cōtra vnū ex tutoꝛibus, dicit perpetua cōtra aliū

a **Si pupillus.** a Quatenꝰ vnus ex tutoꝛibus eſt libe-
ratꝰ facto pupilli, eatenꝰ alter eius nomine cōue-
niri non pōt. h. d. Vel aliter. Qui tenet cedere actio
nē ſi eam credere non pōt facto ſuo repellit exceptio
ne cedēdarū actionū. h. d. ¶ In tex. ibi, interpellare. Dic ꝙ nō
pōt cōtra aliū actiones cedere, ꝙ facere dꝫ. l. j. §. nunc tractemꝰ.
de tu. ⁊ ra. diſt. ⁊ ſic repellitur exceptione cedēdarū actionū. Ibi
i conuenit. ⁊ ibi, liberaſſet: Nam ſi tex perſona liberati velit alte
rū cōuenire. non audit. Hy. ¶ Op. ad pꝛimū ꝙ non poſſit pupil
lus liberare tutoꝛē. ſ. eo. l. tutoꝛes, q poſt. §. ab eo. Huius timo
re eſt hic facta gl. j. dicens. ꝙ liberauit trāſigendo, ꝙ pōt, vt hic
a ſed non donādo vt ibi. Scdō opponitur, a ꝙ vnus tutoꝛ pꝛo alio.
nō tenetur, ſed quilibet in virili. l. tutoꝛes, qui poſt. §. in eū. §. eo
2 dem. ⁊ C. de diui. tu. l. j. Sol. Dicit gl. intellige, † ꝙ hic vnꝰ geſſit
alius nō, vel ꝙ ambo non erāt ſoluēdo tēpoꝛe depoſiti officij. I-
ſtud no eſt neceſſe: qꝛ ſiue ſint ſoluendo ſiue nō, quilibet tenet in
ſolidū, lꝫ habeat beneficiū diuiſionis. d. l. j. C. de diui. tut. ⁊ ſ. e.
l. ſi plures. ⁊ ibi dixi. Si ergo amiſerūt diuiſionis bñficiū, ſuper
eſt beneficiū ceſſionis, ꝙ pōt opponi poſt ſententiā. l. ſi minoꝛis.
ſ. eo. l. ſi fideiuſſoꝛes. §. j. j. de fideiuſ. ¶ Sed tenēdo illā opinio
nē, ꝙ hic alter non erat ſoluēdo, op. qñ quis liberat qui non libe
rat debitoꝛē qui non tenetur efficaciter, nō pōt repelli exceptio
ne cedendarū actionū. l. quāuis C. Marcellus. ſ. ad vell. Reſpō
ibi debitū erat in efficax, quia erat nō ſoluēdo. Opp. j. de fideiu.
l. ſi ſtipulatus. §. fi. Sol. vt ibi plene dixi. Op. j. de le. j. ab omni
bus. j. reſpō. Gl. non ſoluit. Dicit Hy. ibi nō liberatur facto cre
ditoꝛis, ſed facto teſtatoꝛis legatis, qui vnū ex heredibus potuit
liberare, ⁊ alios inſolidū obligare. l. cū ab vno. j. de lega. ij. ꝙ pla
3 cet. Facit ꝙ dixi. ſ. e. l. ſi plures, ſm lec. gl. † ¶ Venio ad ſecun-
dā partē. Dicitur hic, ꝙ duo magiſtratꝰ non habent vt duo rei,
vnde eſt hoc: Dicit gl. qꝛ magiſtratus non tenet niſi de dolo alte
rius, ſecus ſi ex culpa cōueniat, vt j. de magiſtr. cōue. l. antepe.
Hoc nō placet, quia magiſtratus tenet ex culpa cōmuni, vt j. ad
municipalē. l. Imperatoꝛ. ⁊ de adminiſtr. rerū ad ciuita. perti-
nentiū. l. magiſtratus. Nec obſtat lex allegata in glo. que loquit
qñ magiſtratus conuenitur ex facto tutoꝛis, vel curatoꝛis quem
dedit, hic loquitur qñ conuenitur ex culpa college. Dico ergo, ꝙ
non ſunt pꝛopꝛie duo rei ſm hec tempoꝛa non habebant bñficiū
diuiſionis, ſed magiſtratus, illi ſic ⁊ iſtud vult dicere tex. Sꝫ tūc
inſtat cum hodie duo rei habeāt bñficiū diuiſionis, ergo plures
magiſtratus habent hodie vt duo rei. Reſpon. non eſt ita. Nam
duo rei habent beneficiū diuiſionis ita demū, ſi coꝛreus eſt pꝛe-
ſens, ⁊ ſoluēdo ſit cū cōuenitur. C. de duo. reis. auth. hoc ita. ⁊ in
coꝛpoꝛe vñ ſumit. Sꝫ plures magiſtratus, ⁊ plures tutoꝛes ha-
bēt beneficiū diuiſionis, etiā ſi tunc cū conuenitur collega, nō ſit
ſoluendo, ſi ſoluendo erat tempoꝛe depoſiti officij. C. de pꝛob. l.
4 ex perſona. ¶ † Venio ad vltimū reſponſum, ex quo nota pꝛimo
qd liberatus pꝛeſcriptione ſimilis eſt ſoluenti. qd non intelligas
quo ad omnia, cū pꝛeſcriptio non tollat naturalem obligationē,
ſolu. ſic. Sed quantū ad hoc vt poſſet obijci ei, cōtra quē pꝛeſcri
ptū eſt culpa, quaſi facto ſuo, ⁊ negligētia ſua ſit liberatus. No-
5 ta etiā † ex hoc reſpōſo, qd tunc obſtat exceptio b cedendarū actio
b nū, qñ actiones ſunt ſublate culpa vel facto eius, qui cedere dꝫ.
Et hoc qd tex. dicit in fin. habet enim qd obijciat detitoꝛi. Cir-
ca qd diſtingue plene vt in l. ſi ſtipulatus. §. fi. j. de fideiuſſoꝛib.
¶ Op. qd non pōt tempoꝛe extingui actio cōtra vnū, quin extin
guatur cōtra aliū. Nam ſolo curſu tēpoꝛis nō: qꝛ eo. tpe naſcit
6 naſcitur cōtra vnū, quo cōtra aliū. † Item ſi perpetuaretur con
c teſtatione cōtra vnū, perpetuaret cōtra aliū c. l. fi. C. de duo. reis
Gl. huius timoꝛe dat duas ſolutiones, que clare ſunt. tñ diuina-
tionē cōtinent. Dic ergo, qd l. fin. de duo. reis loquitur de duo-
bus reis pꝛopꝛie, nō in tutoꝛibus. ⁊ magiſtratibus, qui non ſunt
ꝓpꝛie duo rei, vt hic dicitur in tex. Iſta eſt vera, quā tene menti
Pꝛo hoc, j. de ſolutio. l. cum quis. §. ſi quis pꝛo reo. ⁊ ibi gl. Sꝫ
hic non videtur pꝛocedere, cū pꝛeſcriptio xxx. annoꝛū hoc tēpo
re nō eſſet cognita, vt no. in l. q occidit. §. j. ſ. ad legē Aqui. Reſ.
Poteſt dici, qd hic loquitur de actione tutele que dabatur con-
tra patre de peculio, ⁊ ſic intra annū, vt l. tutoꝛē qui in fi. ſ. eo. ⁊
ſic eſſet expeditus caſus huius legis: vel dicas qd erat quedā ꝑ-
ſcriptio ſm antiqua tempoꝛa, de qua mentionem non habemus.
Facit quod not. Inſti. de perpe. ⁊ tempo. action. in pꝛincip.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Secūdo op. Vide Bal. in l. j. C. de trāſa. ⁊ videt tex. ꝙ
tutoꝛ pꝛimo tenetur reddere rationem tam de introitibus, quā
de expenſis vt l. thais. §. libertatem. de fideicom. li.
b ALEX. ¶ Obſtat exceptio. Quādo obſtat exceptio cedendarū,
vide Bar. in l. j. j. de tranſact.
c ALEX. ¶ Contra alium. Vide Bar. in l. cuꝫ quis. §. ſi quis pꝛo
reo. de ſo. qui videtur tenere contrariū eius quod tꝫ hic, ſed do.
Ale. in conſ. mihi ccc. in nō impꝛeſſis, quod incipit, ſuper eo quo
queritur, ſcilicet an dicta interruptio. dicit dicta Bar. hic vera.

LEX XLVII.

**Lucius.** Si adultus debitoꝛem ſuū pꝛocurato-
rem conſtituat non videtur euꝫ vt debi
toꝛem idoneum ex cā pꝛeambula appꝛobare, hoc dicit.

**§. Sempronij.** Diuiſio facta inter plures tutoꝛes a ſeipſis, nō facit quin vnus pꝛo a-
lio teneatur. anteqꝫ perueniatur ad magiſtratū: ſecus in diuiſio
ne facta a pluribus Reipublice adminiſtratoꝛibus. h. d. Op. ꝙ
etiaꝫ magiſtratus teneatur inſolidū alter pꝛo altero vt l. j. xi. ſ.
eo. Soluit gl. ibi loquitur in pluribus magiſtratibꝰ, qui fierunt
aliquod officiū, cui inheret iuriſdictio ſiue dignitas, hic quando
adminiſtrāt bona ſine aliqua iuriſdictiōe, vel dignitate ſicut bo
na pꝛiuatoꝛū. Hec ſol. eſt ſingularis, nec eſt vera: qꝛ ꝯ l. Impe. ⁊
l. ſeq. j. ad mun. ⁊ qd ibi no. ⁊c. Ad ꝯꝛium reſp. ibi ſimul gerebāt
nulla facta diuiſione, etiā a ſeipſis ſꝫ ꝓmiſcue faciebāt, mō vnus,
mō alter: hic inter ſe diuiſerūt. Op. ꝙ idē ſit in tutoꝛibus, qd hic
dꝛ in magiſtratib. vt j. ea. l. §. cū teſtō. Solu. vt ibi dicam. Op. ſ.
de ne. ge. l. cum alicui. Sol. vt in gl. Op. d l. aufert. §. fi. j. d iure
fiſci. Sol. gl. ꝙ ibi cū agit fiſcus, hic cū agit minoꝛ cuiꝰ bona fue
rūt adminiſtrata. Hec ſo. videt ꝯ pꝛedictā l. Imperatoꝛ. Ideo
dic, ꝙ lex cōtraria loquitur quādo non fuit facta diuiſio, ⁊ ſic de
bet intelligi ſecundū diſtinctionem no. in d. l. Imperatoꝛ. quod
plene dic vt ibi. ¶ Quero, que actio detur pupillo contra iſtos
curatoꝛes: glo. dicit quod negotioꝛum, ⁊ bene.